Antonio tamburino
Simone Ferbino
Sor.o Garino — Gier.mo Sabino
Gir.mo Scaglioto
Cypriano Grandi
Ger.mo merello
Gio. Batta Grandi
Gio. fr.co Castellino
Pasquale ma...
Gironimo Rivasso
Bombauin
Gio. Batta Sartore
Sartore
Bartolomeo Seribanis
Giovanni ...

4902

10
6
99

m. 4
I
3
22

m. 2
cf ms
2
9

Dhm
10
6
39

[illegible]

1334 1

M° ccc° Lxviij° die xiij Junij

Compositores vero et factores promulgatores et correctores presentium capitulorum Artis Arcuum communis Janue fuerunt infrascripti circumspecti et prudentes viri nomina quorum sunt hec

Leo de Sancto Syro
Octobonus de Groppo notarius
Angellus de Fossatello
Thomas Octonis notarius
Obertus Pelicia notarius et
Johanes de Fontanegio bancherius

Existente iudice cum eis ad audienda et corrigenda dicta capitula Guidoto de Levaello notario et cancellario communis Janue.

Quo tempore erant consules dicte Artis Jacobus de Varrono et Jacobus de Montelugo de Moneglia.

Mº ccccº Lxiiij die xij Junij.

Ad honorem et Gloriam sancte et Indiuidue trinitatis patris et filij et spiritus sancti / Beatorum Johannis Batiste et euangeliste / et Beati Ubo bij.

et tocius curie celestis Amen.

Presencia capitula facta et edita fuerunt et in hanc forma publica reddata / tempore discretorum virorum Dnorum Jacobi de nayrono et Jacobi de motelugo de gonel / consulum Artis Candeleriorum Ciuitatis et Burgorum Janue.

Et in qua Arte et ad honorem / et resimetum dicte Artis fecerunt fieri Infrascripta /

Palium vnum de Auro precio de xxx.

Brandom octo de libris duabus pro quolibet in pondere precio de xvj.

Jhesus Candelerorum

In nomine sancte et Indiuidue Trinitatis patris et filij et spiritus Sancti beatorum apostolorum Johannis baptiste et euangeliste Symonis et Jude beati Laurencij martiris protectoris ecclesie Januen et Beati Georgij victoriosissimi vexilliferi communis Janue et tocius curie celestis Amem.

Ad honorem et gloriam Sancte Romane Ecclesie Sacrique Romani Imperij.

Ad honorem et exaltacione magnifici et excelsi dni. dni.. Gabriel Adurni. dei gracia ducis Januen et populi deffensoris et status [illegible] et pro conseruacione vtilitate et Bono tocius Artis candeleriorum.

Cupientes tollere Cabellas con-
spiraciones Juramenta promissiones
coniones et ligas quas ad inuicem fa-
ciunt homines artiste / siue artifices
Ciuitatis et burgorum Janue / pro eorum
proprio comodo / et ad dampnum lesionem
et detrimentum totius rei publice.
Statutum et ordinatum est quod si ali-
qua ars / siue homines alicuius ar-
tis decetero fecerint in sceptis ut
orcterent aliquos ordines siue ipsis
cessi fuerint ordinibus / qui essent
contra bonum publicum nisi tantum contentis
in presenti volumine quod consules talis
artis cadant in pena librarum decem

in libris viginti quinque pro singulo et
qualibet vice / quilibet ex consiliarijs
in pena librarum quinque in libris decem
pro qualibet vice / Et quilibet alius de
artis in pena librarum trium in libris
sex pro qualibet vice et ult. sint iura
in capitulorum comunis Janue.

Dissolutis modis qui tractantur per ip-
neos Artistas et siue Artifices com-
morantes in Ciuitate et burgis Janue
in faciendo consules suarum Artium.
condignum remedium adhibere volentes
ut cessent scandala rumores et
contepciones que inter eos hactenus

De qualitate Consulis

extisterunt cum nacione Janue cupi
entes ut convenit augmentare /
Statutum et firmatum est quod deinceps
non sit consul aliquis extraneus alicuius
Artis Civitatis et burgorum Janue nisi
talis extraneus addidicisset artem in Janua
vel in districtu quo casu possit impu
ne elligi in consulem / Et si aliter
quam ut supra elligeretur dicta ellectio
non valleat nec teneat / ymo sit cassa
ipso iure nulla / Non enim possit ali
quis talium Artium dictum tale extraneum
in consulem nominari vel recordari seu eciam
voce aliqua dare sub pena soldorum decem
pro quolibet contrafaciente et qualibet vice.

de famulo acordato non recipiendo

Item quod aliquis de dicta Arte non
possit nec debeat tenere seu ad la
borandum clam vel palam aliquem
famulum qui non compleverit terminum
primum alicui de dicta arte ad quem
teneretur morari cum eo / nec eidem
det vel dari faciat ad laborandum
seu det vel prestet auxilium consilium
vel favorem dicto tali puero vel fa
mullo quod exerceat vel faciat ar
tem predictam quousque compleverit tempus
suum cum primo magistro illud videlicet
quod sibi promisisset quod fecisset vel prout te
netur sub pena librarum decem Janue
pro quolibet et qualibet vice. Et hoc

dicto steterit cum magistro videlicet ga
suo facto vel dicto discipulus vel
famullus cum eo esse non possit.

de furtis

Item quod si aliquis famulus vel la
borator seu aliqua alia persona
de dicta arte commiserit aliquod furtum
alicui magistro suo vel alicui de dicta
arte cum quo laboret in rebus vel
pecunia / non possit nec valeat aliquis
de dicta arte homo vel femina ipsi
famulo vel laboratori sic committenti
prebere aliquod auxilium vel favo
rem seu dare sibi aliquid ad la

borandum / nisi prius ille talis
famulus vel laborator fuerit in
concordio cum dicto magistro suo seu cum
illo cum quo laboravit sub pena
librarum decem parvorum pro quolibet et qua
libet vice / constando super predictis legipti
mas probationes ipsum famulum ea fe
cisse de quibus per magistrum inculpat
et hoc propter fraudes evitandas.

de iuramento prestando omni anno hominibus d. Artis

Item quod omnes et singuli homines
dicte artis teneantur omni anno
infra dies octo tunc proxime facta
electione consulum dicte artis.

Iurar et Sacramentum pstare in
manibus dctor consulu vel Alterius
psone p ipsis de Actendendis et
obsuandis statutis presentibus.

de non dando ad laborandu forensibus

Item q Aliquis de dcta Arte no
possit vel valleat Accipe ad sta
dum secu ad Aliquod tps vel la
borai face. vel dar ad laborandu
ad Aliquem forensem qui ex Ianua
et districtum exercuerit Artem pdcta
absqz voluntat mandato et sciencia co
sulum et consiliarior dcte Artis.
qui sut vel p tpre fuerint sub pen
p quolibt et qualibet vice lbr.

viginti quinque Ianuinor.

Item q Aliqua psona de dcta Arte
no possit vel valeat p se vel
Intpositam psona decetero face can

de libra candellar candellis dcant n° 136

dellas minutas siue de puo nuo q
libra no sit de triginta sex vsqz
in quadraginta trasimssas ad minu
vidz de candellis cebu triginta sex
ad plus p qualibt lbra sub pen
soldor qnqz p quolibt et quali
bet vice.

41

Item q aliqua psona homo vel
femina ex ipsa Arte no vendat

non posse vendere candellas nisi factas in civitate et suburbiis

vel vendere presumat in Civitate
Janue vel suburbiis aliquas can
dellas. que non sint facte in Janua
vel suburbiis per homines vel fa
mulum dicte Artis sub pena librarum
quinque Janue pro quolibet et qualibet
vice / Salvo tamen et sane intel
lecto quod si aliquis mercator seu
aliqua alia persona defferret ad
Civitatem Janue aliquas candellas
negociandi causa / que essent
bone et legales / quod non intelligatur
cecidisse in dictam penam /

Item quod consules dicte Artis possint

consules habeant iurisdictionem usque in soldos viginti — vide alibi in carta 12

terminare cognoscere et diffinire
omnes questiones vertentes inter
homines dicte Artis usque in quantita
tem soldorum viginti Janue.

de obediendo consulibus

Item quod Consules dicte Artis cum
voluntate consiliariorum possint et eis
liceat imponere hominibus dicte Artis
omne mandatum et omne penam licitam
et honestam que spectet ad honorem
et statum domini.. Ducis et status presentis
ipsius usque in quantitate soldorum vigi
ti Janue pro quolibet et qualibet vice.

de non requirenda sepultura

Item q aliqs de dcta arte no aude at vl presumet p se vl p intpoita psona p eo ire ad requirendum vl parandum aliqua sepulturam alicui corporis sub pena soldoru viginti vsq in soldis centum arbitro consulu et consiliarior dcte artis. possit tam habere illas sepultuas ad qua requisiti fuerint dumodo nulla fecerit gpam antea in ipis sepultuis habendis.

Item q aliquis qui no sit de dcta arte no possit nec debeat laborar bambaxum p modu q dci cadeloy

de bambaxio

faciunt videlz q no possit dtm bambaxum batere p faciendo co nepollas causa vendendi in tam vl suburbijs nec face filu bambaxum causa faciendi pone in azetis cu vendendi nec face sub pena soldoru viginti vsq in sexaginta arbitro consulu p quolibet et qualibet vice.

Possit tam qlibet psona p re sua et rebus suis face batere coto nu et face fadetas p fixando res suas tm.

de storiale

Item q cadeloy tenean et debeat face storiale cuiq psone recept

Sub pena de soldis duobus pro quo
libet et qualibet vice que pena
ut supra aplicentur videlicet medietas
operi potus et moduli et alia ho
minibus dicte Artis.

de faciendis floribus in cereys

Item quod quilibet dicte Artis possit
florire et facere flores in cereis
vel in candellis dicte Artis Sub
pena de soldis quinque usque in sol
decem pro quolibet et qualibet vice.

de celebrandis festivitatibus

Item quod homines dicte Artis debeant
celebrare festivitates que ordinabu
tur per ipsos consules et consiliarios

dicte Artis. sicut quod determinaverint/

de candelis minutis

Item quod homines dicte Artis faciant
decetero candellas minutas talis
grossitudine quod ex ipsis solummodo dari
debeant et possint quatuor pro uno
denario et non plus et quod in qua
libet libra candellarum sint et esse
debeant et ponantur candelle / a trea
messis xxxx / usque in xxxxj. /
Et hoc sub pena de soldo uno pro
qualibet libra / Et quod consules
dicte Artis possint ingredere dictas
candellas in apothecis hominum dicte
Artis sine contradicione alicuius dicte
Artis / Et hoc sub pena de.

soldis decem p quolibet contrafacien te.

de aplicatione condenationum

Item q condempnaciones que de cetero fient p consules dicte Artis possint et debeant exigi cum effectu et dimi diam sit operis potus et moduli et alia dicte Artis

20

non possit vendere nisi in eorum apothecis

Item q aliquis dicte Artis no possit nec debeat modo aliquo vendere ul vende ul vendi facere de mer cibus ptinentibus ipsi Arti nisi solu modo in eorum ppriis apothecis sub pena soldorum viginti Janue p quolibet et qualibet vice.

de famulis apientibus apothecas

Item q aliquis famulus qui steterit ad adiscendum dictam Artem non possit nec debeat facere capere nec tenere aliqua apotheca p faciendo dictam Arte q sit ppe apothecam alicuius magistri cum quo steterit p do mos viginti quinque ab omni latere mi nus.

21

de ingressu in Artem

Item q aliqua psona q no sit de Janua ul districtu dictam Artem in Janua no possit nec valeat aliquo modo in Civitate Janue facere nec laborare cotonum p re vendendo nisi primo solverit libras vi ginti quinque Janue / Si no fuit Januensis

soluat in soldis quadraginta vsque
in centum arbitrio consulum et con
scholarium / Saluo quod predicta locum
non habeant in discipulis et famu
lis qui dictam artem exercuerit in
[illegible] et subiduis qua facere possint
sine eo quod aliquid soluat.

de non In callegando Appotheca

Item quod aliquis de dicta arte candi
lerius non possit nec valeat in
callegare seu auferre alicui alii
de dicta arte aliquam apothecam
in qua staret seu teneret apo
thecam aliquis de dicta arte aliquo
modo vel ingenio / Sub pena librarum
vigintiquinque [illegible].

de non aufferend' appt'

Item quod aliquis de dicta arte non
possit nec debeat accipere seu
conducere aliquam apothecam seu
domum que aufferetur alicui
de dicta arte seu de qua aliquis
de dicta arte expelleretur vsque
ad annos quinque incipiendos a die
qua dictus de dicta arte / de dicta
apotheca seu domo esset expulsus
Sub pena librarum ducentarum [illegible] nisi
procederet de esse voluntate dicti
expulsi.

de non excludendo famulo de domo alterius magistri.

Item quod aliquis de dicta arte non
audeat vel presumat excludere de

domo alicuius magistri eorundem ali-
quem famulum vel laboratorem sine
licencia magistri dicte apothece con-
cordatum cum eadem aliqua persona
dicte Artis / Sub pena librarum decem
par. pro quolibet contrafaciente et qualibet
vice / Dummodo faciat erga disci-
pulum vel laboratorem quod debet
et tenetur.

de questionibus usque in lb. 3

Item quod Consules dicte Artis qui
nunc sunt et pro tempore fuerint possint
debeant et teneantur Audire diffi-
nire et terminare ac cognoscere quascumque

vertentes inter homines dicte Artis
usque in quantitatem librarum quinquaginta par.
et quod eorum sententie valeant et teneant
et a parte observentur. Et quod eas opponi
non possit usque in dictam quantitatem.

de sclavis

Item quod aliquis sclavus masculus
seu femina non possit audeat vel presu-
mat tenere vel facere apothecam
de dicta Arte in civitate vel suburbiis.
Et hoc factum est propter furta et latroci-
nia que alias secuta sunt occasione
aliquorum sclavorum qui dictam Artem
fecerunt quia ibi retinebantur omnia

talia ficta q fiunt ab Alijs
Sclauis emere.

quod pueri ad cartam stent per Annos sex

Item q Aliquis magr dicte Artis
no possit Accipe Aliquem famulu
vel discipulu ad standu seu
causa Laborandi vel faciendi seu
exercendi dictam Arte ad minus
tps Annoru sex Sub pena albis
decem vsq in viginti Jux Arbitr
consiliu dicte Artis.

Item q Aliqs famulus vel Laborator

contra famulum committentem furtum vel adulterium

dicte Artis fecerit Aliquod furtum
vel Adulteriu no possit facere
vel exercere dictam Arte in Jan
vel Suburbijs.

de taliatis seu bizitezijs cottoni non laboran

Item q Aliqua psona dicte Artis
no possit vel debeat Laborare
vel Laborari facere taliata seu
suppositate seu bizitezia cotoni
Sub pena albis quinq vsq in decem
Arbitrio consiliu dicte Artis
Et hoc factu est qa in cadelis
no est sufficiens nec in fade.

cotoni

Item quod Aliqua psona dicte Artis

quod Brandoni
cerey sint
signati marcha
magistri /

non possit vel debeat facere cande-
llas. seu brandonos ad libram vna
nisi prius non fuerint signati signo de
candeleriorum / Sub pena soldorum quinque
pro qualibet libra et vltra sub pena
amitendi dictas candellas vel bra-
ndonos que sic ut supra signatis
non essent / Et hoc factum est pro
euitandis maliciis que cotidie fiunt
in candellis et brandonis per homines
dicte Artis et ut sciatur et cog-
noscatur clare et manifeste ille qui
dictas malicias committeret et ut
supra efficiatur obseruentur teneantur
et debeant Consules dicte Artis.
habere et penes se tenere vnum cartularium
in quo sint scripta seu registrata

dicta signa sub pena soldorum quinque
usque in decem pro quolibet consule ar-
bitrio vicarii et ut etiam predicta
complete obseruentur teneantur dicti
consules omni mense facere inquisitio-
nem inter homines dicte Artis si obser-
uant ut supra scriptum est Et
si non fecerint condempnentur a soldis
decem usque in viginti pro quolibet arbi-
trio vicarii / Et quia graue est
eis probare seu testes semper habere
qui facerent dictam inquisitionem decer-
nimus statuimus et ordinamus quod stetur
et credatur iuramento eorum corporaliter prestito.

Capitulum Item quod Aliqua persona dicte Artis



de stupinis veteribus non laborandis

non possit vel debeat laborare vel laborari facere stupinos veteres sine licencia consulum dicte Artis sub pena a soldis viginti usque in sexaginta ianuinorum arbitrio consulum et consiliariorum dicte Artis.

Item quia grave esset habere menti que continentur in volumine regullarum nostrorum corporitarum, statutum et ordinatum est quod in quantum esset aliquod capitulum quod esset contra formam dictarum regullarum vel aliquam earum quod tale capitulum sit cassum et nullum et nulli us valoris roboris et momenti et habeatur penitus pro non scripto.

Item quod omnia et singula capitula scripta hinc retro per candellerios sive per aliquem ex ipsis que non sint vel fuerint firmata per dominum ducem et suum consilium sint cassa irrita et nullius valloris. Nec sciencia ipsi vel aliquis ipsorum vel eorum aliqua alia persona pro ipsis vel eorum occasione dictis capitulis uti possint sub pena librarum decem ianuinorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice.

Item quod omnium penarum et bannorum et totius eius quod exigetur octo et

Quod dimidia condemnationum pertineat operi portus et moli

visorum predictum capitulorum. Medietas sit
operis portus et moduli et alia de
Artis.
Salvo ubi fieret causa de accusatione
quod tunc dividatur ut infra videlicet tertia
pars operis portus et moduli alia accu
satoris et alia de Artis.

De iurando fidelitate

Item quod omnes et singuli consules sin
gularum Artium consiliarii et reliqui
officiales earum annis singulis post
electionem et ante exordium ipsorum offi
cii et etiam singuli artifices artium
predictarum semel in vita tantum iurare
teneantur et debeant ad sancta Dei

evangelia corporaliter tactis scripturis
quod ab illa die in antea usque ad
diem ultimum vite sue fideles erunt

Ill.mi senatus Ex.me Reip.ce Genuensium

magnifico et excelso domino domino
Gabrieli Adurno dei gratia duci
Ianuensium et populi defensori et statui
presenti populi communis Ianue cuiusque
conditionis gradus vel preeminen
tie existat.
Nec erunt in consilio auxilio vel
favore quod idem dominus (Respublica) habeat re
cipiat vel assumat in personam
vel bona aliquam lesionem iniuriam
contumeliam vel offensam vel quod admictat
iurisdictionem et dominium supradictum

BIBLIOTECA CIVICA

Sed potius si sciverint vel audive-
rint quod aliquis tractat vel ma-
chinatur aliqua molivetur contra
capitula vel aliquod capitulorum vel in
superiorum in preiudicium dicti comme-
rati impedimentum prestabunt quam
potuerunt ut non fiat.

Et si impedimentum prestare non
potuerunt dicto domino quam cito poterunt
revelabunt. Et contra eos vel eorum
complacente sunt prestabunt auxilium
consilium et favorem. Et si eis vel
alicui eorum aliquid manifestatum fuerit
in secreto per dominum auditum vel
aliquem eius officialem illud nemini

pandent seu manifestabunt nec aliquid
facient vel committent per quod illud
aliqualiter propaletur.

Et si ab eis vel eorum aliquo super
re vel negocio aliquo fuerit con-
silium postulatum per eos vel eorum
aliquem illud dabunt quod eis con-
silium requirentibus ipsi dantes magis
crediderint expedire.

Nec unquam scientes aliquid faci-
ant vel committent quod pertineat ad
eius iniuriam contumeliam vel offensam.

Officium vero et artem eorum bene et


Legaliter exercebunt et operabuntur
secundum formam capitulorum suorum. Et ut
ad licentiam faciant conspirationem
ligam confederacionem iuramenta aut
ordine aliqua non agent. Et quod
nullus eorum aliqua contra id preter
ipsa capitula arte sua possint
aliqualiter exercere.

Et teneatur notarius ad huiusmodi cu-
stodienda capitula deputatus huius-
modi sacramentum de verbo ad verbum
et non sub verborum involucro legere
et narrare cuique per tempore iuratus ne
ignorantiam quisquam possit si secus con-
tigerit allegare.

M°CCC°LXVIII die XV Junii

Firmata et approbata fuerunt dicta capitula

per magnificum dominum dominum Gabrielem Adurnum dei gratia
Januensium ducem et populi deffensorem et eius consilium
et officium sex capitulatorum ad huiusmodi capitula et
alia specialiter deputatorum comunis, prout de dicta firmacione
clarius constat in decreto in facto et scripto manu mei
actis publicis cancellarie comunis Janue manu Aldebrandi
de Corvaria notarii et cancellarii comunis Janue dictis anno et
die.


Guidotus de Bracellis notarius

IN Nomine sancte & individue trinitatis patris & filij & spiritus sancti
beate marie semper virginis beatorū Johis bapte & evangeliste beatorū
apostolorū simonis et jude beati laurentij martiris patroni ecclie janueñ
beati Georgij victoriosissimi vexilliferi comunis Jan et totius curie celestis
Amen

Ad honorem et gloriam beate romane ecclie sacriq romani Imperij
Ad honorem laudem et exaltationem Illustris et excelsi dni dni Georgij aduim
dei gratia ducis januen et populi defensoris et pñtis status eius felicis ET
pro totius artis bambaxariorū cotoniarū bono utilitate et conservatione

De non utendo alijs usibus vel ordinibus
q̃m pñtibus capitulis annotatis / Cap

Cupientes tollere cabellas conspirationes et juramenta promissiones uniones
et ligas quas ad invicem faciunt homines artiste sive artifices civitatis
janue & burgorum pro eorū proprio comodo et ad damnū lesionem et detrim
totius reipublice Jan / Statutum et ordinatū est q si homines dicte artis
vel aliquis ipsorum de cetero fecerint oretenus vel in scriptis aliquos ordines
sive ipsis ordinibus usi fuerint qui essent contra bonū publicū nisi tantummodo
contentis in pñti volumine / q consules dicte artis cadant in penā a libris decem
usq in viginti quinq / Quilibet ex consiliarijs a libris quinq usq in decem et
quilibet alius dicte artis a libris tribus usq in sex januinorū pro quolibet et
qualibet vice et ultra secundū formā juris et capitulorū comunis janue

Q extranei consules esse non possint

Dissolutis modis qui vallantur per extraneos artistas sive artifices morantes
In civitate Jan et in burgis in faciendo consules eorū artiū conducere [illegible]

adhibere volentes ut cessent scandala rumores et contentiones que hactenus
exstiterunt inter eos et nationem Januen. ~~ut~~ [emergentes] quanti possumus augmentare
Statutum et ordinatum est q. deinceps no sit consul aliquis extraneus dicte
artis nec voces aliquas dare vel habere in consules eligendo nisi talis extraneus
stetisset per annos decem continuos in civitate vel burgis Jan. cum familia sua
dictam artem exercendo vel ea adiuvisset in civitate Jan vel districtu
quo casu possit in consulem eligi impune vel in officialem dicte artis Et si aliter
q. ut supra eligeretur dicta electio no valeat nec teneat imo sit cassa et nulla
no enim possit aliquis dicte artis dictum talem extraneum in consulem nominare
nel recordare seu vocem aliquam dare eidem Sub pena soldorum decem Janorum
pro quolibet contrafaciente et qualibet vice / Nec etiam possit esse consul dicte
artis nec beneficio consulatus gaudere aliqua persona dicte artis faciens
seu exercens alia artem.

De consulibus eligendis cap. III.

Item q. dicta ars habeat et habere debeat et possit unum vel duos consules et
consiliarios qui eligantur omni anno per homines dicte artis vel maiorem
partem eorum ante festum beatorum apostolorum Simonis et Jude per dies octo
vel quindecim et iurare teneantur coram dominis vicegubernatoribus ut alii
consules aliarum artium facere tenentur / non tamen possit eligi in consulem aliquis
q. fuit consul an. per triennium /

De no committenda fraude in dicta arte et de fraudatoribus puniendis / cap. IIII.

Item q. omnes et singuli homines dicte artis et etiam femine qui vel que teneant
apotecam vel faciant dictam artem bambaxariorum iurare debeant et teneantur
de faciendo artem tempus ipsorum bene et legaliter in ipsa arte et ipsam

spectantibus sine opere eiusdem fraudem aliquam no committendo Et si quis
inventus fuerit contrafecisse condemnetur et condemnari debeat per consules
et consiliarios dicte artis in amissione laborerii defraudati et ultra
in soldis centum Janorum pro prima vice Pro secunda in libris decem
et ultra ad comburendum dictum laborerium sic inventum defraudatum Pro
tercia vero vice expelatur dictus talis magister sive magistra fraudem vel committens
de dicta arte et ab exercitio ipsius artis Et q. deinde non audeat facere
dictam artem bambaxariorum Et in hoc providere debeant homines dicte
artis de habendo eorum consilium et secundum q. maior pars hominum dicte artis
cum eorum consulibus et consiliariis consulerint et sententiaverit illa talis
sententia et consilium valeat et teneat tam in condemnando quam in expellendo

De quantitate solvenda pro ingressu dicte artis cap. V.

Item volentes evitare immensa pericula que oriri possent occasione
vel damnum et aliorum huic arti spectantium et navigantium salutem in
quantum possumus totaliter providere Statutum et ordinatum est
q. aliqua persona extranea cuiusque conditionis existat que dictam artem
in Jan.a et suburbiis no didicerit no possit nec debeat modo aliquo vel
ingenio dictam artem exercere aut appotecam dicte artis quoque modo
78 a tenere per se vel per alium in Janua vel suburbiis vel prope Januam per
miliarta sex seu de dicta arte se intromiter nisi prius cognitum fuerit
per consules dicte artis ipsos tales admittendos et recipiendos in dictam
artem fore bonos et sufficientes magistros dicte artis et solverint dictis
consulibus recipientibus nomine et vice dicte artis et operis pertinentibus
modulo a libris quinque usque in decem Janorum pro ingressu dicte artis

arbitrio consulum dicte artis /

Si vero fuerit sanguinem dictus talis admictendus ad dictam artem solvat et solvere teneatur et debeat pro eius ingressu sive benintrata a libris duabus usque in quinque arbitrio dictorum consulum et consiliariorum cognito prius de sufficientia eiusdem ut supra dictum est /

Nequis vendere vel retagliare audeat res dicte artis nisi ut in cap. VI.

Item statutum et ordinatum est quod nemo civis vel extraneus qui non sit de dicta arte audeat vel presumat vendere vel vendi facere in civitate vel suburbiis per gatas vel cotomnas per modum ut faciunt homines dicte artis retaliando vel ad minutum vendendo Salvo et specialiter reservato quod liceat et licitum sit dictis civibus vel extraneis retaliare vel retaliari facere dictas res pro opere non conficiendo seu pro fabricando strapontas et cossinos et non causa vendendi sub nomine vel forma per gate vel cotomne tantum Et hec sub pena a soldis quadraginta usque in centum arbitrio consulum et consiliariorum dicte artis pro quolibet contrafaciente et qualibet vice /

De cotono veteri aut marcido non laborando cap. VII.

Item quod homines dicte artis non possint aliquo modo vel ingenio in aliquo opere laborare seu laborari facere cotonum vetus vel marcidum Sub pena soldorum centum ianorum pro quolibet et qualibet vice et ultra comburatur et comburi debeat dictum laborerium

Nec etiam dictum cotonum vetus vel marcidum bati vel filari possit sub

dicta pena possint tamen homines dicte artis laborare seu laborari facere cotonum bonum et novum per quem modum eis placuerit et voluerit aliqua fraude non commissa /

Ne artifices ad se vocent euntem vel existentem ad appotecas alterius cap. VIII

Item quod aliquis dicte artis cuiuscumque conditionis existat magister seu magistra sive famulus discipulus vel familiaris non audeat vel presumat requirere vel ad se vocare mercatorem vel emptorem alicuius vel aliquarum rerum dicte artis que res competant mercatori seu emptori essendo ipse mercator coram appotheca sive ante appothecam alicuius dicte artis Et si quis inventus fuerit contrafecisse condemnetur et condemnari debeat per consulem dicte artis in soldis viginti ianorum pro quolibet et qualibet vice

De festivitatibus celebrandis VIIII.

Item ad honorem dei et totius curie celestis actum est quod aliqua persona dicte artis cuiuscumque conditionis existat sive masculus sive femina non audeat laborare nec laborari facere in diebus festivis infrascriptis nec apertas tenere eorum appothecas vel fenestras sed taliter clausas quod laborerium ad monstram non teneatur et specialiter in die dominico Et si quis contrafecerit condemnetur per consulem dicte artis in soldis viginti ianorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafactum fuerit

Festa autem que debent celebrari sunt

Dies dominicales
festa quatuor beate marie virginis

BIBLIOTECA CIVICA

festa aplorum et euangelistarũ
festum sancti laurentij
festũ sancti georgij
festũ sancte marie magdalene
festũ sancti sirus Januensis
festum pentecostes
festum corporis xpi
festũ sancti antonij
festum sancti michaelis
festũ sancti Jo. baptẽ
festum sancti nazarij
festũ natis dñi cũ diebus tribus sequentibus
festũ resurrectionis dñi cũ duobus dieb; sequentibus
festũ sancte catherine virginis
festũ sancti Nicolai   Sancti eutobij.

De nõ accipiendo famulũ alterius Cap. X.

Item q̃ aliquis de dicta arte nõ possit audeat vel presumat accipere famul[illegible]
vel secum ducere ad laborandum aliquem laboratorem qui laborasset
cũ aliquo magistro de quo laborerio eidem magro suo teneretur ad
certum terminũ nisi esset de voluntate illius magistri cũ quo concorda[illegible]
eet sub pena librarũ quinque Jan. pro quolibet et qualibet vice Et nisi
de debito vel conventione quam haberet cũ dicto magro suo eet in concord[illegible]

cũ eo de quibus debito et conventione stetur arbitrio consulis dicte artis

De sacramento prestando a laboratoribus dicte artis Cap. XI.

Item q̃ aliquis dicte artis non debeat nec possit dare nec concedere
aliquod laborerium alicui laboratori vel laboratrici seu sporerie
nisi ipsi laboratores laboratrices et sporerie Juraverint q̃ ipsi
custodient et salvabũt res et bona dominorũ appotecarũ et ipsarum
appotecarũ Et si sciverit vel audiverit q̃ aliquod malũ sive damnũ
dicte appoce fieret ipsi magro suo sive dño appotece accusabit et denunciabit
Teneantur insuper ipsi laboratores vel laboratrices facere opa
bona et legalia et non mittere de sua cella aliquem [illegible] sub pena
soldorũ viginti pro qualibet pena sive re in qua commiserit fraus vel
qui inventus fuerit fraudem committere.

De obediendo consulibus Cap. XII.

Item q̃ si aliquis de dicta arte neglexerit vel nõ obediverit mandatis
eorum consulũ licitis et honestis in eo quod pertineat dicte arti
vel aliquo alio servicio quod tangat honorem et utilitatem dicte
artis Q. ipsi consules ipsum condemnare possint et compellere ad solvendum
usque in soldis decem Jan. totiens quotiens fuerit contrafactum.

Q. homines dicte artis adesse
debeant sepulturis etc. Cap. XIII.

Item q̃ si contigerit aliquem de dicta arte sive masculum sive feminam
decedere sive aliquem de domo vel familia ipsius aliquis de eem[illegible]

supra teneantur oes de dicta arte q primu senerit illu vel illam
ee defunctu seu defunctam ipsum corpus associar ut moris est
sepulcur sub pena soldoru quinq sau pro quolib contrafaciente et
qualibet vice

Q hoies dicte artis teneantur
laborar sm morem consuetum
et secundu ordinatione consuli
dicte artis vti / cap. XIIII.

Item q quequ persona dicte artis teneatur de cetero et debeat facer
et exercere dictam artem secundum morem et cursu que faciunt
eorum consules pntes et futuri hendo et ponendo in qualib pecia
fienda tot filla quot fuerit ordinata per eorum consules et ad
talem pellenem quod positum fuit per ipos consules in pecia velate
seu ad faciendum velatam fustaneoru purpuretaru vergatarum
et tridanaru et aliorum spectantiu et pertinentiu dicte arti et operi
in bombecio et fillo

Et si quis contrafecerit vel repertus fuit contrafacer seu contrafecisse
solver teneatur et debeat dictis eoru consulibus pro qualib pecia
et qualib vice qua contrafecerit vel repertus fuit contrafecisse a
soldis viginti usq in centu sanorum pro quolib et qualibet vice
et ultra pro qualibet pecia reperta minus filis sex soldu unu
Et si reperta fuit minus filis octo solvat soldos duos Et si fuit
reperta minus filis decem solvat soldos quinq Et si fuit repert

minus fillis duodecim soldos decem Et si fuit minus filis quatuordeci
solvat soldos viginti Et si fuit minus fillis a decem octo supra comburat
et comburi debeat dicta pena per consules dicte artis /

Q hoies dicte artis possint laborar
et facer infrascripta / cap. XV.

Item q hoies dicte artis possint facer fustaneos vergatas purpuretas
tridanas et vellamina et oia que pertineat ad dictam artem

De condemnandis laboratorib qui
neglexerit pmissa et conventa attender cap. XVI.

Item q aliqua persona cuiusq condictionis existat sive masculus
sive femina qui vel que accipiat opus alicuius persone dicte artis vel
qui vel que se concordaverit ad laberandu ad certu tempus per promissione
ei factam et infra dictu tempus desierit dicte promissioni satisfacere
et adimplere per eu promissa condemnetur et condemnari debeat
per consules dicte artis in soldis viginti sau pro quolib et qualib
vice qua contra factu fuerit

De inquisitione fienda per consules
dicte artis / cap. XVII.

Item q consules dicte artis qui nunc sunt et pro tempore fuerint
teneantur et debeant quolib mense saltem semel per se ipos
vel etiam associatos cu alijs quos secum ducere voluerit inquirer
et vider tellarios tellas et opus hominum dicte artis et [illegible]

2 dictam artem in Janua et suburbiis et vire ad videndum in domibus
magistrorum dicte artis ad videndum et cognoscendum si recte
et legaliter se habent in faciendo dictam artem secundum statuta
et ordinamenta dicte artis et ea omnia et singula que tenetur
si qui reperti fuerint contra formam statutorum dicte artis fecisse
vel fraudem aliquam commisisse puniatur et condemnetur ut continetur
in statutis artis predicte secundum fraudem commissam in dicto
eorum opere et quod omnes magistri dicte artis teneantur dare in
scriptis omnes suos laboratores et tellarios et etiam ubi manent
sub pena soldorum decem Januinorum pro quolibet et qualibet vice
qua contrafactum fuerit /

De rebus dicte artis non vendendis [illegible]
extraneis ab ipsa arte nisi ut [illegible] cap. XVII

Item quod aliqua persona de dicta arte cuiuscumque conditionis existat
sive laborator sive magister apotece et sive fuerit masculus sive
femina non possit nec audeat nec debeat vel presumat vendere
seu dare vel dari facere aliquod opus pertinens ad dictam
artem [illegible] filum cotonina [illegible] seu filati aliem
cuiusque persone que non sit de dicta arte et sub consulatum eiusdem
artis pro faciendo [illegible] vel [illegible] vel vellaria vel
[illegible] vel aliquod aliud opus quod pertineat dicte arti
sub pena soldorum viginti Januinorum pro quolibet et qualibet vice etc.

ultra amittendi dictas res vel datas seu venditas vel valorem
ipsius cuius pene tercia pars sit operis [illegible] et [illegible] tercia
pars accusatoris et reliqua tercia dicte artis /

De non conducendis apprenticiis [illegible] primis
conductoribus / cap. XVIII

Item quod aliqua persona dicte artis masculus vel femina modo aliquo
vel ingenio non possit accipere conducere vel tenere vel conduci et
teneri facere seu [illegible] et facere [illegible] per se vel interpositam
personam aliquam apprenticium [illegible] vel voltam de qua aliquis de
dicta arte fuerit aliquatenus derelictus vel expulsus aut licentiatus
usque ad annos duos a die dicte licentie derelictionis vel expulsionis
computandos sine expressa licentia et voluntate talis expulsi vel
derelicti sub pena librarum viginti quinque Januinorum salvo si fuisset
expulsus defectu et culpa sui /

De balya consulum in terminandis
questionibus cap. XVIIII

Item quod consules dicte artis possint et teneantur rationem facere
et reddere inter homines dicte artis usque in soldis quadraginta
Januinorum in his et de his que spectant et spectare videntur
ad ipsam artem et eos compellere ad solvendum usque in quantitate
predictam cuiuscumque persone /

Quod homines dicte artis teneantur iurare

Cap. XX.

Item quod omnes et singule persone dicte artis que inceperint de novo tenere apothecam in Ianua vel suburbiis seu confinibus dicti consulatus teneantur et debeant venire ad consules dicte artis pro se introducendo de mensuris ad quas facere debent laboreria dicte artis et de quibus in statutis dicte artis fit mentio et iurare de observando in predictis et aliis statuta et ordinamenta dicte artis et de obediendo dictis consulibus in his que pertineant ad dictam artem secundum formam presentium statutorum Et hoc antequam de dicta arte laborent et iurare de faciendo dictam artem bene et legaliter Et hoc sub pena librarum decem Ianue pro singulis contrafacientibus exigendarum per consules cum effectu /

De expensis solvendis pro necessariis dicte artis / Cap. XXI.

Item quod omnes et singule persone dicte artis teneantur et debeant solvere omnes expensas et avarias factas et fiendas per consules dicte artis qui nunc sunt et pro tempore fuerint occasione dicte artis et pro dicta arte videlicet illam quantitatem que eisdem imposita sunt per constitutos vel constituendos pro dicta arte ad taxandum et accomandum facientes dictam artem Sub pena soldorum quinque pro quolibet et qualibet vice et nihilominus solvere teneantur et debeant taxationes et expensas predictas /

Ordines vero laboreriorum dicte artis sunt videlicet / Cap. XXII.

Quelibet pecia velamini debet habere in suo pectene portatas triginta et quelibet portata de filis viginti quatuor et pecten ad mensuram ferri sicut consules preceperint vel ordinaverint /

Quelibet pecia fustanei debet haber in suo pectene portatas quadraginta et quelibet portata de filis viginti quatuor et debet esse ad mensuram /

Quelibet pecia velamini de fillo canapis debet haber portatas sexdecim vel quindecim et non minus et quelibet portata debet esse de filis quadraginta /

Quelibet pecia vergata minuta vel larga de fustaneo largo debet habere in suo pectene portatas septuaginta et non minus

Item quod aliqua persona dicte artis non debeat signum facere alicuius alterius persone in aliqua pecia Sub pena soldorum decem Ianue pro qualibet pecia et qualibet vice

Quod cotonine et vergate false in civitate Ianue non detineantur / Cap. XXIII.

Item quia compertum est et inventum quod in cotonis et vergatis reperiuntur quamplures fraudes et malicie et que prima facie videntur bone et facte ex bono bombecio et revera sunt false et facte ex malo bombecio et de rezitezio seu superfluitate bombecii ex quo mercatores ementes huiusmodi cotoninas et vergatas

remanent sepe et sepius decepti et volentes tantis malicijs et
fraudibus obviare quia credit per modum et ad loca ad que dicte
cotomne deferuntur quod dicte res sint processe ab hominibus dicte
artis ex quo scandalum sequitur hominibus dicte artis / Idcirco statutum
et ordinatum est quod alique cotomne seu vergate de lace de extra civitatem
Ian ad civitatem predictam non possint vendi alienari seu permutari
in dicta civitate Ian vel suburbijs postquam fuerint cognite pro falsis et
vere fuerint false an ne stetur de hoc declaratione et facto sindicorum officij
mercantie Et hoc quia prohibitum est hominibus dicte artis per capitulum
quod incipit Item quod homines dicte artis etc et sunt aliqua fraude
non commissa non possint laborare cotonum vicinis vel marcidum et
in dicto capitulo continetur

Quod laboratores vestimat res in pectenis / Cap. XXIIII

Item quod laboratores seu fillatores non habeant canam fraudem committendi
in dictis rebus seu aliqua carum statutum et ordinatum est quod quilibet
appotecarius Ian teneatur docere facere ad appotecam suam dictas res
in pectenis suis et non recipere dicta opera nisi in pectene Sub pena
soldorum quinque Ianorum pro quolibet et qualibet vice cuius quidem pene
habeat terciam partem accusator et teneatur secretus si fuerit
bone fame in casu quo non denunciasset seu dixisset dictus
appotecarius dicto laboratori seu laboratrici et tunc dictus

laborator seu laboratrix teneatur ad dictam penam /

Quod cotomne et vergate de lace Ian revideantur antequam alienentur Cap. XXV

Item statutum et ordinatum est quod cotonine et vergate que de cetero
ad civitatem Ian adducentur vel apportabuntur vendendi causa
non possint nec debeant vendi vel alienari seu permutari in civitate
Ianue et burgis nisi prius visse fuerint per duos officiales ad hoc
per officium mercantie civitatis Ian anno singulo eligendos cum consulibus
dicte artis et per eosdem officiales et consules cognite fuerint sufficientes
et bone quando non sint de dicta arte sub pena a soldis viginti usque
in ~~decem~~ libras decem arbitrio dicti officij mercantie auferenda
a quolibet contrafaciente et qualibet vice Et nec postquam parte dicti
officij sive consulum dicte artis inunctum vel mandatum fuerit dicto
tali adductori vel apportatori seu dominis dictarum cotomnarum sive
vergatarum de extra civitatem et burgos Ian ad civitatem Ian adductarum
vendendi causa quod ipsas vendere non debeant nec vendi facere donec
nisi fuerint per officiales duos predictos ad hoc deputatos et per
dictos duos consules Quod quidem officium teneatur quolibet anno tempore
quo alij officiales per ipsum officium elliguntur eligere dictos duos officiales
Et de ellectione ipsorum duorum consules dicte artis de mense Ianuarij
quolibet anno noticiam et reginsitionem dicto officio facere teneantur
sub debito iuramenti Qui quidem duo coram dicto officio iurare

et caner teneant de ipsorum offo predicto bene et legaliter exerc
secundu et prout dicto offo mercantie videbit /

Q sclam non admitantur ad
dictam artem / Cap. XXVI.

Item statutu et ordinatum est q quilibz dicte artis possit et valeat
instruer et docer dictam artem quecq servu et sclavu suu vel
alienu qm tn servi et sclavi ante liberi facti ullo tempor no possint
ee caporales seu appotecary vel reger seu gubernari aliquam
appecam nec ee consules vel offiales seu voces aliquas dar vel here
in offalibus dicte artis eligendis vel aliquod offm dicte artis
vel beneficiu exercer sub pena librarum centu ianor / possit
tame dicti servi laborar tanq laboratores ad iornatas sine
contias no obstantibus predictis /

Q consules teneantur rixantes
concordare / Cap. XXVII.

Item q consules dicte artis teneantur rixantes de dicta arte
infra triduu concordar sub pena soldoru vigti ianorum pro
quolibz consule si fuerit negligentes maxime de predictis
et quilibz ex rixantibz ipsis consulibz et mantis eorum licitis
et honestis debeant obediu sub pena soldoru quadraginta
ian pro quolibz inobediente /

De condemnationibz exigendis et
de penis aplicandis Cap. XXVIII.

Item q consules dicte artis teneantur exiger oes condemnationes factas
tempor eoru consulatus et partem offo operis portus et moduli
consignar sub pena solvendi de eoru proprio.

Item q omnium penaru et bannorum q exiget vigor et occasione presentium
capitulorum medietas sit operis portus et moduli et alia medietas
dicte artis Salvo q ubi fieret mentio de accusator q tunc accusator
heat tercia partem et opus portus et moduli tercia partem et
reliqua ars predicta

De societate facienda magco dno
nro gubernatori / Cap. XXVIIII

Item q quotiensq contingerit magcum dnm nrum gubernatore vre
debere seu velle ad aliqua ecclias ... cana portari faciendi aliquod
fallum vel etia alibi et exinde manto dicti dni gubernatoris
crida per civitate ian missa fuit teneant et debeant consules
dicte artis convocari facer hoies dicte artis et cu eis ire ad
associandu tum d gubernatorem Si qui vero hominu dicte artis
no fuerit cu dictis consulibz ad predicta vel ipsorum mandata
no servaverint condemnent pro quolibz et qualibz vice a soldis
duobz usq in quinq ianorum arbitrii consulu dicte artis

Q capla no firmata sint cassa Cap. XXX

Item q oia et singula capla hinc retro facta per hoies dicte artis
sive aliqua ipsorum que no sit vel fuerit firmata per dnm dnce

et sui consilii sint cassa irrita et nullius valoris nec etiã ipsi
vel aliquis ipsorum vel aliqua persona pro ipsis vel ipsorum occasione
dictis capitulis uti possint sub pena librarũ decem Jan pro quolibet
et quantibus vice /

Q capitula contra regulas sit cassa   Cap. XXXI.

Item quia grave esset here mentis oriaque quantum veniunt in volumine
regularum nuper editarũ statuitũ et firmatũ est quod in quantum
esset aliquod capitulum quod esset contra forma dictarũ regularum
quod tale capitulum sit nullius valoris vel momenti et habeatur pro non
scripto et pro non facto /

De Juramento consulũ officialium
et aliorũ dicte artis   Cap. XXXII

Item quod oẽs et singuli consules dicte artis consiliarii et reliqui
